Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



171

Equites sunt maligni spe. currus equitum sunt principalia uicia. Que nimirum illi populo appropinquabant. quia per superbiam et auaritiam. que illum sibi subiugauerant. cuncta in illum demonum et uiciorum monstra confiterantur. Et conuersus post tergum suum. uidensque me uocauit. Post tergum suum populus iudaicus conuertitur. quando a facie exercitus in culpa perfidie relabitur. In qua auersione saulum uidit. quem ad pedes gamalielis erudiendum defensorem et oppugnatorem sue legis futurum estimauit. Quem uero filium suum. mater synagoga uocauit. dum eum lacte puerile doctrine imbuitum. quasi mater impia filium impium. ad persecutionem xpiani nominis incitauit.

Qui eum respondissem assum. dixit mihi. Quis nam es tu. Et aio ad eum. Amalechites ego sum.

Vocanti se populo iudaico saulus respondet. cum uelut patri impio. filio impiorum nomen xpiani obsequium sue tyrannidis studiosissime exhibet. Saulus quis nam sit. a populo iudaico requiritur. ut dum se quasi pceteris magis eruditum gloriatur. ad defensionem legis. et ad expugnationem euangelice ueritatis. magis magisque insaniendo accendatur. Et aio ad eum. Amalechites ego sum. Quia amalechites linguis impetrat. bene se saulus amalechites esse protestatur. qui non spiritu uiuificante. sed litera occidente. mundi concupiscentiis. et carnis uoluptatibus insectatur.

Et locutus est michi. Sta super me et interfice me. quoniam tenent me anguste. et adhuc tota anima mea in me est.

Quoniam id quod continet. id quod continetur. plerumque in sacro eloquio figurari solet. bene in saule. qui hebraici populi typum hoc in loco tenet. ipsa lex quicide populo data et intelligi uelut. Que nimirum adolescentem saulum alloquitur. dum eum post excecationem cordium oculorum. per aptionem sensuum interiorum in spiritu mentis sue renouatum. de littera occidente. ad spiritum uiuificantem transire cohortatur. Sta inquit super me. Quomodo o alumne mee. quod plurima occidente tota inhereo litera. tu me noli sequere. sed per spiritum uiuificantem erigit te super me. et interfice me. scilicet interficiente spiritu uiuificante. et littera occidente. facinorum diuisionem. Quomodo tenent me anguste. Reuelatio euangelice ueritatis. fuit quasi angustia legis parturientis. que dum nihil ad perfectum se posse adducere. protestatur. quasi extremum sibi messe habitum uociferatur. Cum inquit moyses morior in hac humo. et iordanem non transibo. Sequitur. Et adhuc tota anima mea in me est. Sicut per anima corporis uiuificatur. ita per spiritum uiuificantem littera legis animatur. Unde saulus dum in spiritu mentis sue renouatur. qualiter occidente litera gladio spiritu iugulauerit. protestatur.

Stansque super eum occidi illum. Sciebam enim. quod uiuere non poterat post ruinam.

Postquam ductus in paradysum. postquam raptus ad tertium celum. audiuit arcana uerba. hominibus incognita. steti in sublimitate contemplatiua. et pallegoria sua uiuere in spiritu redolentem. occidi littera occidente. Sciebam enim. quod uiuere non poterat post ruinam. Sciebam per illuminationem sci spiritus. que mihi collata est. certius. quam populus iudaicus. cum morte esset expostulatus. per illam ruinam perfidie. qua saluatorem suum nolebat recipere. Sciebam etiam. quod lex illa data diutius uiuere non poterat. postquam euangelii ueritas uniuerso mundo inclaruerat. Sequitur.

Et tulit diadema quod erat in capite eius. et armillam de brachio illius. et attulit